

1997.

1315 d. 6 Jan.

Husaby.

Biskop BRYNOLF i Skara intygar, att Domprosten Bengt utarrenderat till Lydekin, borgare i Skara, på 10 års tid, en gård vid Moderbro med andel i några ängar, mot en viss afgift, med förbehåll, att om myntet skulle betydligt förbättras eller försämrats, två alnar kläde från Ghent skall betalas för hvarje mark penningar.

Registr. de bonis Præposit. Scarens. perg. pag. 16.

Omnibus presens scriptum cernentibus BRYNOLPHUS dei gracia scarensis episcopus salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes quod discretis viris domino benedicto preposito scarensi et lydekino cui ibidem in presencia nostra personaliter constitutis dictus prepositus locavit ipsi lydekino per decennium curiam suam iuxta modhorbro domibus in statu quo nunc sunt conseruandis cum agris et pratis ex vtraque [parte] ampnis que dicitur drys situatis vna cum medietate pratorum westereng frøleng elikiærsæng et stnhem que prepositure adiacere consueuerant ex antiquo. silua que dicitur nefhøgha et decimis de dictis predijs vsibus et ordinacioni ipsius prepositi reseruatis specialiter et retentis. Pro quibus omnibus dictus lydekinus dabit eidem preposito et eius successoribus sex marchas vsualis monete singulis decem annis ante natiuitatem domini secundum terre consuetudinem soluendas nomine pensionis Hoc adiecto quod si monetam notabiliter meliorari vel deteriorari contigerit due vlne panni gandauensis dicto termino pro marcha qualibet persoluantur In cuius rei testimonium sigillum nostrum et sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa Datum Hosaby Anno domini M° CCC XV jn die epyphanie domini.

1998.

1315 d. 11 Jan.

Lund.

Årkebiskop ESGER i Lund intygar ett inför honom upprättadt jordabyte, hvarigenom Johannes Dagsson lemnar till Kaniken Peter af Hygsløf (Hårsløf?) för Hvellinge kyrkas räkning sin lösa och fasta egendom i Östra och Vestra Wemmenhög och i Henrikstorp m. m. i Skåne, mot nämnde kyrkas gods i Hammarby i Bleking m. m.

Registr. Eccl. Lundens. perg. pag. 123.

Omnibus presens scriptum cernentibus ESGERUS diuina miseracione lundensis archiepiscopus suecie primas. salutem in domino sempiternam Ad perpetuam rei memoriam quia malignancium venenosa peruersitas. aliena sibi quamsepius impie et columpniouse nititur usurpare et simplicibus inferre dubium de hiis que facta sunt temporibus retroactis. opus est precipue in arduis precauere. ne peruersis, contra veritatem seu justiciam detur occasio

malignandi. Propter quod constare volumus tam presentibus quam futuris. quod anno dominj Millesimo trecentesimo quintodecimo Sabbato infra octavam epiphanie dominj. Lundis in presencia nostra constitutus vir discretus Johannes daghson. discreto viro presentis exhibitori domino petro de hygslef canonico nostro lundensi. persone ecclesie Hwællinge nostre dyocesis. omnia bona sua mobilia et immobilia in wæmundeþøgh østre. wæmundahøgh wæstre et in hændrickstorp. sita in scania. cum terris, domibus. estimacionibus. aquis. pratis. agris. pascuis et molendino. ceterisque eorum attinenciis, dictis bonis ab antiquo. quocumque loco et titulo adiacentibus. necnon et cum pratis in Hirta. sicut ea personaliter in omnibus locis supradictis possedit. tenuit et habuit. ad mensam persone ecclesie predictæ alienavit. tradidit et scotavit. pleno jure perpetuo possidenda ac ipsa bona in suam possessionem ad mensam ipsius persone. nomine ecclesie hwællinge supradictæ plenarie transtulit Consensu filiorum suorum et aliorum heredum super hoc speciali requisito et habito, libere et expresse. Promittens insuper sub ypotheca omnium bonorum suorum. dicta bona, ad mensam persone ecclesie predictæ que nunc est vel que pro tempore fuerit. nomine ecclesie supradictæ liberare. appropriare. garentizare ac defensare. contra quoscumque querulantes. aut huiusmodi factam commutationem et alienacionem quocumque modo impugnant. heredes. filios. filias vel generos. seu quoscumque affines. cognatos vel extraneos. qui huiusmodi suam commutationem vel alienacionem presumpserint in posterum quibuscumque allegacionibus. quocumque alio colore vel pretextu. in vita sua vel post. quocumque tempore calumpniose impugnare. Ac discretus vir. dominus petrus de hygslef. dictus canonicus noster lundensis. persona ecclesie Hwællinge supradictæ: simili modo coram nobis constitutus. omnia bona dicte ecclesie in blecongia in hamerby sita. ad mensam persone dicte ecclesie ab antiquo spectancia. Domino Johanni daghson. in recompensationem dictorum bonorum sibi ad mensam suam nomine ecclesie predictæ assignatorum et scotatorum. de nostra licencia et requisicione ac consensu dilecti capituli nostri lundensis. per formam et modum commutationis. tradidit et scotavit. Preterea. dictus dominus petrus persona ecclesie memorate. dicto Johanni daghson et heredibus suis. dicta bona in Hamarby. dicte ecclesie sue cum omnibus juribus suis et pertinenciis que dicte ecclesie sue hwællinge, siue sibi. in dictis bonis competebant. sicut ea bona eidem ecclesie liberius dinoscuntur attinere. de nostra licencia, libere tradidit et resignavit. Hoc adiecto. quod si vnum atting preter ea que superius dicta sunt in dictis bonis in Hamarby. quod quidam incolæ eiusdem ville ad longum tempus. dicte tamen ecclesie attinens vt asseritur minus juste occupauerant. per dominum petrum et Johannem daghson supra-

dictos euinci poterit. tunc johannes. ecclesie et persone supradictis ad mensam persone eiusdem. pro dicto atting possidendo. jn bonis suis aliis. dignam faciat recompensationem juxta arbitrium discretorum virorum. quos ad hoc duxerit nominandos. Ceterum. promisit idem dominus petrus. dictum Johannem daghson indempnem facere prout postulat ordo rationis pro expensis et aliis que juste et rite fecerit in lite. ad dictum atting. ab eis qui eum iniuste tenent. legaliter euincendum. Jn cuius rei testimonium. sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno et die supradictis.

Öfverskrift: Commutacio quorundam honorum in wæmundehøggh et henrickstorp. ad ecclesiam hwællinge pro bonis in blegunga.

1999.

1315 d. 15 Jan.

Ulfåsa.

Lagmannen i Östergötland Knut Jonsson tilldömer, enligt Östgöta Lagen, och efter flera personers instämmande mening, Lagman Birger Persson arfsrätten till Johan Engels efterlemnade gods, på hvilka Folke Jonssons arfvingar gjort anspråk. (Jfr. N. 1996).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras jnspecturis KANUTUS JONSON legifer Osgocie. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volumus vniuersis protestantes. quod Anno. domini. M^o. CCC^o. XV:to feria secunda post octavas Epiphanie proxima. constitutus in communi pretorio dicto lansthing. Lyncopie. Nobilis Miles Dominus. Birgerus petersson super bonis post dominum Johannem angelum bone memorie relictis diligenter jnquirens vtrum sibi aut heredibus domini fulkonis jonson secundum leges paternas iure hereditario attinerent. que obieccioni Nobili viri et discreti responderunt vnanimiter asserentes se nichil(!) verius jntellexisse quam quod premissa bona dicto domino. B. nec cuiquam alii legaliter cederent et ad eundem pertinerent. videlicet Domini jnfrascripti. Dominus laurencius vlfson. Dominus Magnus karlson Dominus Røricus Birghison. Dominus Johannes knutson et dominus dan jonson cum quibus alii viri prouidi et in legibus periti qui secuntur hoc idem consenserunt videlicet gødhstaws tunason. kættilbernus knutson. jowarus Birghison. Magnus Waldimarson. Ragnwaldus bierghwidhason. thýrgillus. hulti. cum aliis discretis viris dictis stemningamen petro Mathusson Daan Mattiusson. jngulfo de awarstadhum Agmundo de Mungulstadhum et thýrgillo de grenbý. øiaro laka. et Guthormo krýl. vnde ad protestacionem Dominorum et virorum predictorum quia nichil verius intelleximus recognoscimus nos sepedicta bona Domino. B. petersson memorato